

**¶ Pars .IX. ¶ Ca. III.**  
 nec viuentes. Incomparabiliter igitur minus nobilis essent cultori bonis suis qui utique et viuentes et intelligentes sunt natura liter et propter hoc incomparabiliter magis reputandi sunt diis quam agri adorandi atque colendi a prenominate substantiis que econuervo. Amplius. Nec corpora mera hoc est inanimata a parte corporis reitatis sue possunt nosse vel diligere vel odire cultores suos que a parte illa nec placari nec irasci nec vilo genere affectionis moueri in ipsos cultores. Non autem impendendus est ei cultus nisi propter impetrandum fauorem vel placandam iram. A parte igitur illa nullus est ei cultus impendendus. Nec oportet nos laborare ad destruendum cultum ydolatrie in corporibus omnino inanimatis cum verba prophetarum ad hoc per se sufficiant: et omni intelligenti intelligibilia adeo ridiculosis sit: ut qui illi exercent non solum pena indigere sed sensu etiam carere penitus videantur. Adorator enim lapidis et ligni seu cuiuscumque alterius huiusmodi ipsa adoratione confitetur et testificatur viliozem se esse ligno et lapide. Et propter hoc adorator lutee imaginis: luto viliozem se esse confitetur. Consequenter autem et vitam et animam et intelligentiam et rationem se habere negat. Ipsa quippe adoratione huiusmodi confitetur se nihil nobilius esse vel habere: quam sit illud quod adorat et propter hoc confitetur se non esse hominem.

**¶ De Ydolatria elementorum et primo ignis. ¶ Ca. III.**

**P**ost hoc loquamur de ydolatria elementorum. Cuius pars prima est cultura ignis. Secunda cultura aeris. Tercia cultura aque. Quarta cultura terre. **¶ A.** Et ydolatria quidem ignis in Caldea vigeat tempore Abrae patriarche quem iuxta traditiones hebreorum: babiloni vinum exurere volentes: in ignem miserunt: pro eo quod ignem colere detestabatur. Unde illesum eum omnipotens deus seruauit: et de igne liberauit: utpote cultorem suum. Et hoc est quod aiunt: quod iam crebro legitur in scriptura sacra: quod Adam liberauit deum de huius caldeorum. Huius enim interpretatur ignis: expresse autem dicitur: **¶ El** dras in nono: et **¶ Neemias** in oratione sua ad deum: Tu ipse domine deus: qui elegisti **¶ Abraam**: et eduxisti eum de igne caldeorum. Quod autem ignem coluerit vanitas ydolatriarum: expresse legitur **¶ Sapientie xiiii. vbi dicitur de ydolatriis** que nec operibus intendentes: agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem: aut spiritum: aut citatum aerem: aut girum stellarum: aut nimiam aquam: aut solem et lunam: retores orbis terrarum deos putauerunt.